Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

PALIPO

uestras ut quaeratis dnm dm vestrum et consurgite et edificate sanctuarium domino deo ut introducatis archam fedeis domini et vasa domini consecrata in domum que edificatur nomi domini. XXIII

Senuit dauid senex et plenus dierum constituit salomonem filium suum super israel et congregauit omnes principes israel et sacerdotes atque leuitas. Numerati sunt leuite a triginta annis et supra et inuenti sunt xxxviii milia virorum. Ex eis electi sunt et distributi in ministerium domus domini xxiiii milia. preposito rum autem et iudicum vi milia porro quatuor milia ianitores et totidem psaltes canentes domino in organis que fecerat dauid ad canendum domino et distribuit eos dauid per turnos filiorum leui. Gerson iudeth et chaath et merari et gerson leedan et semei. filii leedan principes iehiel et zetam et iohel tres filii semei oziel salomith et aran tres isti principes familiarum leedan porro filii semei leeth et ziza et iaus et baria isti filii semei quatuor. Erat autem leeth primus ziza secundus porro iaus et baria non habuerunt plurimos filios. id circo tamquam familia vnaque domo computati sunt filii chaath amram et isaar et ebron et oziel quatuor. i. filii amram aaron et moyses. Separatus que est aaron ut ministraret in sancta sanctorum ipse et filii eius in sempiternum ut adoleret incensum domino secundum ritum suum ac benedicerent nomini eius in perpetuum. Porro si quoque hominis dei filii annumerati sunt in tribu leui filii moysi gerson et eliezer. filii gerson sabuel primus. fuerunt autem filii eliezer robia primus et non erant eliezer filii alii porro filii robia multiplicati sunt nimis. filii isaar salumith primus. filii ebron ieriau primus amarias secundus et iahiel tertius iethmaam quartus. filii oziel michaa primus iesia secundus. filii merari mooli et musi. filii mooli eleasar et cis. Mortuus est autem et non habuit eleasar filios sed filias accepiunt que eas filii cis fratres earum filii musi mooli et eder et ieremuth tres hi filii leui iuxta cognationes et familias sue principes principum et numerum capitum singulorum qui faciebant opus ministerii domus domini a. xx. annis et supra. Dixit enim dauid. requiem dedit dominus deus israel populo suo et habitacionem in iusalem usque in sempiternum non erit officium leuitarum ut ultra portent tabernaculum et omnia vasa eius ad ministrandum. iuxta precepta quoque dauid nouissima subpputabatur numerus filiorum leui a xx. annis et supra et erant subiunctu filiorum aaron in cultum domus domini in uestibulis et in exedris et in loco purificationis et in sanctuario et in uniuersis operibus ministerii templi domini. Sacerdotes autem super panes propositionis et ad simile sacrificium. ad lasanum et azima et sarthasinem et ad ferentem similam et super omne pondus atque mensuram. leuite uero ut stent mane ad confitendum et canendum domino similiter que ad uespam tam holocaustorum domi-